


1518. 1518. Ex ms. Bibl. Latus:
 Nam hic Legatus de Turra apud
 Moschonia mense Augusto, venit fraudat.

Sigismundus I. Rex Poloniae
 Consiliarius Magni Ducatus Li:
 thuaniae.

Magnifici sincere nobis dilecti. Venit
 ad nos ex Moschovia ab Oratoribus Cae:
 sare Majestatis, Nobilis Joannes de Thur:
 ri Collega ipsorum, referens nobis in qui:
 bus conditionibus tractatus pacis, et indu:
 ciarum inter nos et Ducem Moscho:
 viae consistunt. Interfuit enim colloca:
 tionibus omnibus, et Descriptionem earum
 secum attulit. Cujus copiam mittimus
 Vestræ Sinceræ ex qua licet plene omnia
 simul et Diligentiam ipsorum Oratorum
 Casarea Majestatis intelligent: tamen
 totius tractatus hæc summa est. Consen:
 tit Dux Moschovia nobiscum pacem
 perpetuam causa Casarea Majestatis et rei
 Christiane inire sed hæc lege ut Nun:
 tios nostros mittamus, utque ipse arcem
 et totam terram Smolensensem reti:
 neat.

Inducias autem non alia conditione
 facere vult, nisi, ut captivi omnes u:
 tringue restituantur, et Nuntios etiam
 nostros pro ipsis inducijs ad eum mit:
 tamus cum plena facultate præ:
 standi



prestandi Juramentum. Unde apparet
illum etiam si nos ad eum mittere:
mus suos Nuntios ad nos mittere not:
le, et prater istas conditiones nullo
modo aliquid aliud efficere apud illum
Oratores ipsi potuerint. Quae quidem
conditiones et si videntur nobis et indi:
gne nimium et non ferenda: tam
nihil respondere volumus, absque Consi:
lio Vestrarum Sincer: quae perpenden:
tes hujus belli gravitatem, et e con:
tra Damnum et ignominiam ex con:
ditionibus, quas hostis proponit, con:
sulant id, quod illis melius et honestius
videatur, et nos quam celerius de ipso
Consiho suo faciat certiorem.

Oportet enim ut Oratoribus
Caesareae Majestatis respondeamus
cito, De ultima voluntate nostra
qui nihil aliud illi in Moschovia, qui
responsum a nobis expectant et hostis
ut Diximus propter conditiones expref:
sas ad nihil aliud equius et honesti:
us vult consentire. 1519.